JAHRESBERICHT

ÜBER DAS

KÖNIGLICHE LAURENTIANUM

ZU ARNSBERG

IN DEM SCHULJAHRE 1876—1877,

MIT WELCHEM

ZUR FEIER DES GEBURTSFESTES SR. MAJESTÄT DES KAISERS UND KÖNIGS

AM 22. MÄRZ 1877

SOWIE ZU DER ÖFFENTLICHEN PRÜFUNG ALLER KLASSEN

AM 26. MÄRZ 1877

IM NAMEN DES LEHRER-COLLEGIUMS

ERGEBENST EINLADET

DR. JOHANNES OBERDICK,

DIRECTOR DES GYMNASIUMS.

INHALT:

ARNSBERG 1877.

DRUCK VON F. W. BECKER & COMP.

IN ARNSBERG & LÜDENSCHEID.

1877. Progr. Nr. 282.

De exitu fabulae Aeschyleae quae Septem adversus Thebas inscribitur commentatio.

Postquam chorus stasimum tertium ad finem perduxit, incipit planctus cuius priorem partem solus canit chorus, alteram praeeunt Ismena et Antigona sorores, quibus chorus respondet. Ipse enim Aeschylus v. 816 chorum dicentem facit se prius fratrum sortem deplorare velle quam sorores lamentationes incipiant. Quae contra hanc sententiam disputavit Weilius bene confutat Westphalus proleg. pag. 145 sq., quem ipsum in emendando hoc threno felicissime elaboravisse nemo non videt. Attamen haud pauca a viro doctissimo relicta sunt quae et aliter emendemus et accuratius explicemus oportebit. Quae cum ita sint totum carmen denuo tractandum nobis proposuimus.

I. Systemata anapaestica.

ἀλλὰ γὰρ ἤκουσ' αἴδ' ἐπὶ πρᾶγος
πικρὸν Ἀντιγόνη τ' ἠδ' Ἰσμήνη,
θρῆνον ἀδελφοῖν· οὐδ' ἀμφιβόλως
οἶμαί σφ' ἐρατῶν ἐκ βαθυκόλπων
στηθέων ἤσειν ἄλγος ἐπάξιον.
ἡμᾶς δὲ δίκη πρότερον φήμης
τὸν δυσκέλαδόν θ' ὕμνον Ἐρινύος
ἰαχεῖν, Ἀΐδα τ'
    ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν.
ἰὼ ἰὼ
δυσαδελφόταται πασῶν ὁπόσαι
στρόφον ἐσθῆσιν περιβάλλονται,
κλάω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς
  μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν.

Corpora Eteoclis et Polynicis fratrum interfectorum in scaena prostrata iacent. Quorum ad lugendam mortem accedunt Ismena et Antigona sorores. Quas advenientes salutat chorus cum fletu ac luctu eorum adversam fortunam conquerens. — v. 861 *αἴδ' ἐπὶ*

πρᾶγοσ M. — v. 863 ἀδελφοῖν οὐκ sine interpunctione M. Post ἀδελφοῖν interpungunt G. Vit. schol. rec. ἀλλὰ γὰρ ἥκουσι καὶ ἔρχονται αἵδε καὶ αὗται ἡ Ἀντιγόνη καὶ ἡ Ἰσμήνη ἐπὶ τὸ πικρὸν πρᾶγος ἀδελφοῖν καὶ τῶν ἀδελφῶν ὥστε δοῦναι ἐκείνοις θρῆνον. Scholium cod. M. 'ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, τοῦτ' ἔστιν ἐπὶ τὴν συμφορὰν αἱ ἀδελφαὶ τῶν βασιλέων' mutilum est et detruncatum. Recte iam Stanleius verba θρῆνον ἀδελφοῖν ad priora rettulit ut apposita sint verbis πικρὸν πρᾶγος. — οὐκ M. οὐδ' Oberd. — 'Neque ambigue existimo eas ex amabilibus, alte cinctis pectoribus lamentationes edituras esse fratribus dignas.' Male Dindorfius ἐκ βαθυκόλπων στηθέων existimat simpliciter valere 'ex altis pectoribus', cum epitheton βαθυκόλπων ad venustatem virginum spectare apertum sit. Vox autem βαθύκολπος est Homero usitata. cf. Il. 18, 122 Δαρδανίδων βαθυκόλπων ibid. 339 Δαρδανίδες βαθύκολποι 24, 215 Τρωιάδων βαθυκόλπων Pind. Pyth. I, 13 βαθυκόλπων τε Μοισᾶν. Hesych. s. v. βαθυκόλπων Ἡρωίδων· ἀπὸ τοῦ μεγέθους. καὶ βαθυζώνων. Etym. M. p. 185, 42 βαθυκόλπους· ἀπὸ τοῦ ἐκ τῆς ζώσεως κολπώματος. Idem fere valent βαθύζωνος (cf. Il. 1, 594, 3, 154 Aeschyl. Pers. 155 Choeph. 169) et βαθύπεπλος (cf. Hesych. s. v. βαθυπέπλων). — ἥσειν — usus futuri verbi ἵημι notandus est. cf. Pers. 944 ἥσω τοι κἀγὼ πάνδυρτος Cho. 563 φωνὴν ἥσομεν (sic. Turn. pro οἴσομεν quod est in libris). Soph. Ai. 628 οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς ἥσει δύσμορος. ibid. 851 ἥσει μέγαν κωκυτὸν ἐν πάσῃ πόλει. Eurip. Herc. f. 1295 φωνὴν γὰρ ἥσει χθών. Troad. 440 αἷ σάρκα φωνήεσσαν ἥσουσί ποτε. — v. 866 πρότερον φήμης i. e. ante lamentationes a sororibus institutas, ut recte interpretatur Hermannus 'ante luctum sororum'. Etiam apud Homerum mulierum chorus planctum praeit, tum Andromacha, Hecuba, Helena carmen lugubre cantare pergunt. Similiter scholiastes locum explicat: δίκαιον ἡμᾶς προκατάρχεσθαι ὡς προᾳδούσας (ita legendum esse patet pro προακουσάσας, quod est in libris), ὑπακούειν δὲ ἐκείνας. — v. 867 δυσκέλαδον — cf. Hes. s. v. δυσκέλαδος· δύσφωνος· κακὸν ἦχον ἀποτελῶν. Hom. Il. 16, 356 φόβοιο δυσκελάδου (κακὸν ἦχον ἀποτελοῦντος schol.). Eurip. Med. 420 οὐκέτι δυσκέλαδος φάμα γυναῖκας ἕξει. Ion. 1090 ὅσοι δυσκελάδοισιν κατὰ μοῖσαν ἰόντες ἀείδεθ' ὕμνοις — ibid. 1097 καὶ μοῦσ' δυσκέλαδος. — v. 868 ἐχθρῶν M. et schol. 'ἔστι γὰρ καὶ παιὰν ἐπ' ἀγαθοῖς'. Quod scripturae mendum iam pridem correctum est ad ἐχθρόν. cf. Sept. v. 635 ἁλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας. Virg. Aen. VI, 657 laetumque choro Paeana canentes. X, 738 conclamant socii laetum paeana secuti. Agam. 645 πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων. Choeph. 151 παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας. 'Nos vero priusquam sorores fleant ac lamententur misere sonantem Furiarum paeana cantare oportet.' — αἴδα M. Non bene Caselius et Porsonus dativum legi volunt Ἄιδᾳ, ut sensus sit 'et Plutoni hostile carmen occinere' coll. Eur. Alc. v. 424 ἀντηχήσατε παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ, cum ex antecedenti voce Ἐρινύος eluceat genitivum hic scriptum fuisse. — Utrum ἀχεῖν an ἠχεῖν scribendum sit iam Elmsleius (Heracl. 752) et Lachmannus (Chor. syst. p. 31) dubitant, cum verbi ἰαχεῖν media syllaba longa sit; quod demonstrare non potuerunt. ἀχεῖν Dind. — v. 869 ἐπιμέλπειν M. a pr. m. ἐ correctum a sec. m. = insuper canere i. e. praeter Furiarum carmen etiam Plutonis paeana canere. — v. 870 ἰὼ M. ἰὼ ἰὼ Dind. — Versibus 870—874 in M. praescriptum esse τὸ ἕτερον μέρος τοῦ χοροῦ idem testa-

tur. — στρόφον — i. e. quotquot virgines sunt; zona enim erat virginum ornamentum ideoque casta appellatur ab Ovidio. cf. schol. δυσαδελφόταται πασῶν παρθένων. — Suppl. 457 ἔχω στρόφους ζώνας τε, συλλαβὰς πέπλων. Od. 13, 438 ἐν δὲ στρόφος ἦεν ἀορτήρ. — v. 872 κλαίω M. Formam κλάω veteribus Atticis usitatam (cf. Apollon. de adv. pag. 600, 27 τὸ κλάω παρὰ Ἀττικοῖς ἐν μακρῷ τῷ α) restituit Porsonus. 'Propter miseram fratrum sortem infelicissimae omnium quae cingulum vestibus iniiciunt: lamentor, ingemisco neque simulato dolore sed ex sincera mente ploro atque eiulo.' — στένομαι: ἀντὶ τοῦ στένω, Ἀττικῶς. καὶ γὰρ ἰατρεύομαι καὶ ἀλεύομαι φασίν. schol. M. cf. Pers. 62 στένεται. — ἐκ φρενός i. e. ex vera animi sententia. cf. v. 919. Choeph. 107 λέξω — τὸν ἐκ φρενὸς λόγον. Agam. 1550 ἀλαθείᾳ φρενῶν. — Verba ὀρθῶς λιγαίνειν ad altos flebilesque modos sequentis cantici aperte spectant. cf. Pers. 332 λιγέα κωκύματα ibid. 468 ῥήξας δὲ πέπλους κἀνακωκύσας λιγύ. Hesych. s. v. λιγαίνει· τέρπει (fort. μέλπει). ᾄδει. μαστιγοῖ. κηρύττει. κλαίει. ἢ ὀξέως ἐφορμᾷ. Eustath. ad Il. 15 p. 1033, 38 λιγαίνειν, οὐ μόνον τὸ ῥητορικῶς ὑμνεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὀξέως φωνεῖν.

στρ. α'.

ΗΜ. Α. ἰώ, ἰὼ δύσφρονες
φίλων ἄπιστοι καὶ κακῶν ἀτρύμονες,
δόμους πατρῴους ἑλόντες μέλεοι σὺν αἰχμᾷ.
ΗΜ. Β. μέλεοι δῆθ' οἳ μελέους θανάτους
ηὕροντο δόμων ἐπὶ λύμᾳ.

ἀντιστρ. α'.

ΗΜ. Α. ἰώ, ἰὼ δωμάτων
ἐρειψίτοιχοι καὶ πικρὰς μοναρχίας
ἰδόντες, ἤδη διήλλαχθε σὺν σιδάρῳ.
ΗΜ. Β. κάρτα δ' ἀληθῆ πατρὸς Οἰδιπόδα
πότνι' Ἐρινὺς ἐπέκρανεν.

v. 875 φίλων ἄπιστοι — cf. v. 712 πείθου γυναιξί, καίπερ οὐ στέργων ὅμως. ἄπιστος = ἀπειθής. μὴ τοῖς φίλοις πεισθέντες Thomas Magister apud Dindorfium. Similiter Caselius 'amicis dicto non audientes' et Schützius 'amicis non obsequentes', coll. v. 681 ubi chorus frustra ab Eteocle petiverat ut sibi obsequeretur. Blomfieldi coniecturam ἄπειστοι defendit Weckleinius: 'weder durch die sanfte πειθώ des Glückes, noch durch die rauhe Gewalt des Unglücks auf andere Gesinnung gebracht.' Sed valde dubito num φίλα significare possit res secundas. — κακῶν ἀτρύμονες· ἐν κακοῖς ἀκμῆτες sch. M. 'malis non attriti i. e. indomiti'. — v. 876 πατρῴουσ δόμουσ M. Corr. Blomf. antistr. respiciens. δόμους ἑλόντες πατρῴους praeter necessitatem Weilius. 'qui domum paternam i. e. regnum et opes a patre relictas evertistis.' — μέλεοι est bisyllabum. cf. v. 947 ὦ μέλεοι Pers. 733 ὦ μέλεος. — ἀλκᾶι M. γρ. αἰχμᾶι in marg. a sec. m. adscriptum et sic Ox. Par. E. K. Idem legit scholiastes, qui αἴτιοι τῆς ἁλώσεως γενόμενοι, πορθήσαντες, ἐρήμους ποιήσαντες τῷ ξίφει habet; quod iam Paleius vidit. σὺν αἰχμᾷ — addita est praepositio dativo instrumentali, quamquam omitti poterat; sed augere σὺν vim iuvandi recte animadvertit Dindorfius. cf. v. 885 σὺν σιδάρῳ. Pers. 755 πλοῦτον ἐκτήσω σὺν αἰχμῇ. — v. 879 εὕροντο M. ηὕροντο Dindorfius. — δόμων ἐπὶ λύμῃ 'in domus perniciem i. e. ut regia domus perverteretur'. — v. 880 — 885 'Eheu, eheu paternam domum evertisti et cum acerbum regnum singuli cuperetis iam conciliati estis ferro'. v. 881 ἐρριψιτ..χοι pr. ἐρριψιτο'χοι rec. M. πικρὰς — proleptice dictum. — πικρᾶς

μοναρχίας Ald. Rob., quod ferendum est, cum verbum ἰδεῖν, in quo inest notio cupiendi, etiam cum genitivo construi possit. cf. Hom. Il. 14, 37 ὀψείοντες ἀϋτῆς καὶ πολέμοιο. — v. 885 ἤδη M. τί δή perperam Lachmannus. — διήλλαχθε M. praeter rem nonnulli interpretes in hoc perfecto haeserunt. — Post σιδάρῳ in orationis continuitatem illatum est scholium οὐκέτ' (ε a sec. m. add.) ἐπὶ φιλίαι ἀλλ' ἐπὶ φόνωι διεκρίθητε, quod pertinere videtur ad v. 891 qui in libris evanuit. Quae verba uno versu perscripta delevit Triclinius. — v. 886 Genitivi πατρὸς Οἰδιπόδα coniungendi sunt cum sequentibus πότνι' Ἐρινύς. Ἐρινύς autem hoc loco idem valet quod ἀρά, ut supra in v. 833. Quae locutio in proverbii consuetudinem pervenit. cf. Suid. s. v. Αἱ Οἰδίποδος ἀραί, ἐπὶ μεγάλως δυστυχούντων. — Obiectum κατεύγματα quae vox in nonnullis libris post Οἰδιπόδα legitur subaudiri voluerunt interpretes. Sed cum haec ellipsis durissima sit, pro κάρτα scribendum videtur πάντα. — ἀληθῆ adverbii loco adhibitum est = ἀληθῶς. 'Omnia autem Oedipodis patris potens Erinys vere perfecit.'

στρ. β'.

ΗΜ. Α. δι' εὐωνύμων τετυμμένοι —
ΗΜ. Β. τετυμμένοι δῆθ'· ΗΜ. Α. ὁμοσπλάγχνων τε πλευρωμάτων
διεκρίθητε δή.
ΗΜ. Β. αἰαῖ δαιμόνιοι —
ΗΜ. Α. αἰαῖ δ' ἀντιφόνων δὴ θανάτων ἀραί.
ΗΜ. Β. διανταίαν λέγεις πεπλαγμέναν —
ΗΜ. Α. δόμοις καὶ σώμασιν πεπλαγμέναν ἐννέπω,
ΗΜ. Β. ἀναυδάτῳ μένει τ' ἀραίῳ τ' ἐκ πατρὸς
σὺν διχόφρονι πότμῳ.

ἀντιστρ. β'.

ΗΜ. Α. διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος —
ΗΜ. Β. στένουσι πύργοι· ΗΜ. Α. στένει πέδον φίλανδρον, μενεῖ
κτέανά τ' ἐπιγόνοις,
ΗΜ. Β. δι' ὧν αἰνομόροις —
ΗΜ. Α. δι' ὧν νεῖκος ἔβα καὶ θανάτου τέλος.
ΗΜ. Β. ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι —
ΗΜ. Α. ἐμοιράσαντο δ', ὥστ' ἴσον λαχεῖν, κτήματα.
ΗΜ. Β. διαλλακτῆρι δ' οὐκ ἀμεμφεία φίλοις
οὐδ' ἐπίχαρις Ἄρης.

v. 888 — v. 891. A. Per sinistra transfossi — B. transfossi sane; A. et per consanguinea latera litem diremistis. v. 890 τετυμμένοι δῆτα M. Ante ὁμοσπλάγχνων nonnulla sunt puncta in M., quibus mutari personam indicatur. Quod particula quoque δῆτα fit, quamquam ea interdum invenitur ubi eadem persona loqui pergit. cf. Soph. El. 1163 φίλταθ', ὥς μ' ἀπώλεσας, ἀπώλεσας δῆτ', ὦ κασίγνητον κάρα. Phil. 759 ἰὼ ἰὼ δύστηνε σύ· ἰὼ δύστηνε δῆτα διὰ πόνων πάντων φανείς. Collocari autem particulam post verbum iterum adhibitum ex exemplis allatis apparet. — Pro τέ Hartungus γέ male scripsit personarum mutatarum ratione non intellecta. — πλευρώματα 'latera' cf. Cho. 686 λέβητος χαλκέου πλευρώματα. Similiter formata sunt Sept. 408. 799 πύλωμα Sept. 30. 251. 469 πύργωμα. Sept. 1039 Suppl. 720 Soph. Tr. 613 πέπλωμα Sept. 666 τρίχωμα Sept. 385 χαίτωμα Suppl. 1001 κάρπωμα Ag. 873, 1218. Eum. 412 μόρφωμα Eum. 860 θύμωμα Sept. 1022 Ag. 1326 χείρωμα. — Post πλευρωμάτων intercidisse versum Lachmannus et Elmsleius viderunt. Huc pertinere scholium post v. 885 in textum illatum: 'οὐκ ἔτ' ἐπὶ φιλίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε' iam supra dixi. Similiter ad v. 882 a scholiasta adscripta sunt: ἡ διαλλαγὴ ὑμῶν οὐκ ἐπὶ φιλίᾳ γέγονεν,

ἀλλ' ἐπὶ ἀναιρέσει τῇ σιδήρου. Inde autem elucet, in vetustis libris scriptum fuisse διεκρίθητε δή, quod iam Halmius ex coniectura assecutus erat, quamquam in eo falsus est quod ex altero scholio ad nostrum locum: τὸ ἑξῆς· διήλλαχθε δι' εὐωνύμων. τοῦτο δὲ συμβαίνει ἐν τοῖς κατὰ τὸ ἐναντίον ἱσταμένοις id eruendum esse praeter rem existimat. Luce enim clarius est hoc scholium adscriptum esse ad textum iam lacunosum. — v. 892 — v. 894 B. Vae, vae a diis missae A. vae, vae Dirae caedium mutuarum i. e. quae mortem fratribus parabant mutua caede effectam. — Forma δαιμόνιος et masculine et feminine a poeta effertur. Itaque quod Suppl. v. 99 in libris est δαιμονίων scribendum videtur δαιμόνιον. — ἀντιφόνος i. e. caedem caede compensans, ut recte Blomfieldus vocem interpretatur. cf. Eum. 981 ἀντιφόνους ἄτας Soph. Phil. 1154 ἀντιφόνον κορέσαι στόμα = os quod caedem pro caede reddit. El. 248 δώσουσ' ἀντιφόνους δίκας. — v. 893 δή ante θανάτων quod in M. deest inseruit Weilius; ἐκ mavult Lachmannus. — v. 894 — v. 899 B. Grave dicis vulnus impositum — A. vulnus dico et domibus et corporibus impositum, B. et propter infandum furorem (sc. fratrum) et propter fatalem discordiam patris diris efflagitatam i. e. quam pater imprecatus erat. — διανταίαν λέγεισ πλαγάν M. πεπλαγμέναν Westphalus. Ita etiam scholiastes legit qui διανταίαν πεπλαγμέναν explicat 'πληγὴν διαμπὰξ γενομένην'. Est igitur vulnus gravissimum quo pectora percussa sunt. cf. Eum. 334 διανταία μοῖρα· ἡ διαμπὰξ τιμωρουμένη. διανταία autem absolute exhibetur sc. πληγή. cf. Cho. 646 τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος διανταίαν ὀξυπευκὲς οὐτᾷ διαὶ Δίκας. Pers. 578 παίδων τᾶς ἀμιάντου ib. 612 τῆς τ' ἀνθεμουργοῦ στάγμα. — δόμοισι καὶ σώμασιν — πεπλαγμένουσ ἐν(ν)έπω (alt. ν a corr. add.) M. δόμοις Westphalus, qui hemichorii notam delevit. πεπλαγμέναν Hartungus. διανταίαν δόμοισι σώμασίν τ' ἐννέπεις πεπλαγμέναν Heimsoethius, cum λέγεις verbum ex interpretatione verbi ἐννέπεις putaret ortum esse. πλαγάν et ἐννέπω delevit Elmsleius. — Post μένει inseruit τ' Heimsoethius, quod deest in libris. — Ante διχόφρονι deest longa syllaba, quare Hermannus bene σύν addidit. — διχόφρων est is qui discordi mente est; διχόφρονα πότμον esse διχοφροσύνης πότμον vidit Schützius. — οὐχ ὁμονοοῦντες schol. — v. 900 — v. 905. A. Penetrat autem etiam per urbem gemitus. B. ingemiscunt turres. A. ingemiscit terra viros amans (i. e. terra patria quae fratres procreavit et aluit itaque amorem suum in eos ostendit) et posteris relinquentur possessiones. B. ob quas infelicissimis — A. ob quas orta est rixa et mors. — διήκει — cf. Ag. 475 πυρὸς δ' ὑπ' εὐαγγέλου πόλιν διήκει θοὰ βάξις. — verba στένουσι πύργοι alteri hemichorio attribuit Westphalus. — κτέανα τ' ἐπιγόνοισ M. τάδ' Weilius et ita scholiastes legere potuit qui 'ἢ οὕτως, τὰ κτέανα ταῦτα, οἷον τὰ ὀνείδη, διήξει μέχρι τῶν ἐπιγόνων' interpretatus est. Sed eum illud ταῦτα explicandi causa addidisse verisimile est. Neque est cur in verborum collocatione haereamus. Inversione enim usus est poeta. Nam cum dicere deberet κτέανά τ' ἐπιγόνοις μενεῖ verbum μενεῖ ut maiorem ei afferret vim in initio enuntiati posuit, reliquorum verborum ordine servato. Similiter δέ particula collocata invenitur Soph. Ai. 116 τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι. Aesch. Cho. 761 ἐγὼ διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας ἔχουσ'. — μένειν cum dativo coniunctum est ut Suppl. 385 μένει τοι Ζηνὸς ἱκτίου κότος δυσπαραθέλκτοις (sic Rob. δυσπαρθέλκτοισ M.) παθόντος οἴκτοις. — Alludere

videtur poeta ad Epigonos. — *δι᾽ ὧν αἰνομόροις* alteri hemichorio adscripsit Westphalus. — *διά* praepositio cum genitivo coniuncta est ut Ag. 448 *ἀλλοτρίας διαὶ γυναικός*. — Particulam *καί* quae in M. post *ἔβα* est delevit Hermannus ita ut accusativus *τέλος* pendeat a verbo *ἔβα*. 'by which the quarrel was carried even to death by the ill-fated brothers' Paleius, coll. Arist. Nub. v. 30 *ἄταρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν*; Sed *ἔβα* significat 'processit, exorta est'. cf. Cho. 73 *πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ βαίνοντες*. — *θανάτου τέλος* i. e. *περιφραστικῶς* mors. Ita saepius *θανάτοιο τέλος* ab Homero per periphrasin dicitur pro *θάνατος*. cf. Il. 3, 309. Od. 5, 326. — v. 906 — 910. B. Iracundia autem inflati inter se partiti sunt — A. partiti sunt bona ut aequa pars utrique cederet. B. conciliatorem autem amici reprehendunt (conciliator autem reprehensione apud amicos non caret) neque gratum fuit bellum. v. 906 hemichorii notam adscripsit Westphalus. v. 907 verba *ἐμοιράσαντο δ᾽* iterum adhibita esse a poeta vidit Westphalus. — *μοιράομαι* = divido, partior. *μοιρήσασθαι· λαχεῖν* Hesych. — *ὀξυκάρδιοι* — Arist. Vesp. v. 430 *σφῆκες ὀξυκάρδιοι* citavit Abreschius. — *κτήμαθ᾽ ὥσθ᾽ ἴσον λαχεῖν* M. *τ* super *θ* in *ὥσθ᾽* a rec. m. add. — *ὥστ᾽ ἴσον λαχεῖν, κτήματα* Westphalus; quae verba recte interpretatur Schützius: 'dass einer so viel davon hat, als der andere'. 'ut aequalem quisque partem haberet' Caselius. — v. 908 Hemichorii notam adiecit Westphalus. *διαλλακτῆρι δ᾽ οὐκ ἀμεμφία φίλοισ* M. *ἀμεμφεία* Hermannus. *μέμφονται δὲ οἱ φίλοι αὐτῶν τὸν διαλλακτῆρα σίδηρον ὡς μηδετέρῳ χαρισάμενον.* sch. M. Perperam locum interpretatus est Weckleinius cum *οὖν* scriberet 'es ist gleich vertheilt (*ἴσον λαχεῖν*), und keine Partei kann sich beklagen übervortheilt worden zu sein; Ares ist nicht parteiisch gewesen'. — *διαλλακτήρ* conciliator, arbiter est gladius quo fratres litem diremerunt. cf. v. 727 *ξένος δὲ κλήρους ἐπινωμᾷ χάλυβος Σκυθᾶν ἄποικος, κτεάνων χρηματοδαίτας πικρός, ὠμόφρων σίδαρος.* — v. 910 *ἐπίχαρισ* M. *εὔχαρις* Dindorfius. — *Ἄρης* metonymice dictum, nomine ad bellum ipsum translato.

στρ. γ΄.

ΗΜ. Α. σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ᾽ ἔχουσιν·
ΗΜ. Β. σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσιν —
ΗΜ. Α. τάχ᾽ ἄν τις εἴποι τίνες;
ΗΜ. Β. τάφων πατρῴων λαχαί.
ΗΜ. Α. μάλ᾽ ἀχάεσσ᾽ ἰὰ δόμων τοὺς προπέμπει,
δαΐκτηρ γόος αὐτόστονος αὐτοπήμων
δαΐόφρων, οὐ φιλογαθής, ἐτύμως δακρυχέων
ἐκ φρενός, ἃ κλαομένας μου μινύθει
τοῖνδε δυοῖν ἀνάκτοιν.

ἀντιστρ. γ΄.

ΗΜ. Β. πάρεστι δ᾽ εἰπεῖν ἐπ᾽ ἀθλίοισιν
ΗΜ. Α. ὡς ἐρξάτην πολλὰ μὲν πολίταις
ΗΜ. Β. ξένων τε πάντων στίχας
ΗΜ. Α. πολυφθόρους ἐν δαΐ.
ΗΜ. Β. δυσδαίμων σφ᾽ ἁ τεκοῦσα μάτηρ πρὸ πασᾶν
γυναικῶν ὁπόσαι τεκνογόνοι κέκληνται·
παῖδα τὸν αὑτᾶς πόσιν αὑτᾷ θεμένα,
τούσδ᾽ ἔτεχ᾽· οἱ δ᾽
ὧδ᾽ ἐτελεύτασαν ὑπ᾽ ἀλλαλαφόνοις
χερσὶν ὁμοσπόροισιν.

v. 911 — v. 914. A. Ferro percussi ita iacent. B. ferro effossi eos manent — A. mox aliquis dicere poterit quales? B. paterni tumuli. v. 911 *σιδηρόπληκτοι* M. *σιδαρόπλακτοι* Robortellus. v. 912 *σιδαρόπληκτοι* M. *σιδαρόπλακτοι* Robort. Quod adiectivum

ab altero hemichorio alia significatione usurpatur atque in priore versu adhibitum est, ubi spectat ad frates ferri ictu prostratos. Sunt enim 'sortitiones ferri ictu effectae'. — ὧδ' ἔχουσιν sic se habent = ita iacent. — μένουσι M. — Post hunc versum in M. leguntur τετυμμένοι δῆθ' ὁμοῦ ex v. 890 huc illata. — v. 914 λαχαί M. αἱ σκαφαί· (ὡς) τὸ "φυτὸν ἀμφελάχαινεν. schol. Paroxytonum apud Hesychium λάχη· λῆξις. ἀποκλήρωσις. — πατρῴων τάφων λαχαί, paterni sepulcri sortes i. e. periphrastice πατρῷοι τάφοι, ut supra θανάτου τέλος. Aperte igitur Oedipodis sepulcrum Thebis fuisse poeta dicit. cf. infra v. 1000. Hom. Il. 23, 679. — v. 915 — v. 920. A. valde ululans vox aedium eos prosequitur, animum lacerans lamentatio, propria mala gemens, domesticis malis excitata, luctifica, laetitiam non amans (i. e. tristissima), veras lacrimas movens ex animo, qui quidem mihi tabescit istorum duorum regum illacrimanti caedibus. — v. 915· δόμων μάλ' ἀχάεσσα τοὺσ προπέμπει M. μάλ' ἠχὼ ἐπ' αὐτοὺσ in margine M. δόμων μάλ' ἀχὰν ἐς οὓς προπέμπει Elmsleius. ἀχάεσσ' ἰὰ coll. Pers. 936 Weilius, eiecta voce δόμων quam prout variam lectionem ad τάφων in antecedenti versu adscriptam fuisse putat Prienus. Post ἰὰ posuit δόμων Westphalus. — δόμων i. e. vox quae ex aedibus emittitur et sic iam Caselius 'ex aedibus gravem sonum in eos emittet vulnerans ploratus'. — v. 916 δαΐφρων δ' M. δαϊόφρων Hermannus. Similiter formata sunt adiectiva ἀγανόφρων, δολιόφρων, ὠμόφρων. Quod ad hoc vocabulum traditum est scholium 'δαΐζων τὰς φρένας' pertinere videtur ad δαϊκτὴρ quod in priore versu est. Nam δαϊόφρων a δάϊος derivandum est, non a verbo δαΐζειν, quare recte schol. B. πολέμιος ταῖς φρεσί. — οὐ, omisso δ', Aldus. φιλογαθὴς dorica forma, pro φιλογαθής. cf. Cho. 801 πλουτογαθῆ μυχόν. — δακρυχέων δ' M. δάκρυα χέων omisso δ' G. δάκρυ χέων Ald. δακρυχέων Turn. — ἐκ φρενὸς· ἐκ βάθους θρηνῶν sch., quod aperte corruptum est ex 'ἐκ βάθους φρενῶν'. Participio enim θρηνῶν hic locus non est cum scholium in solo vocabulo φρενὸς explicando versetur. — δακρυχέων δὲ ἐκ φρενὸς ἀντὶ τοῦ δάκρυ πέμπων ἐκ τῆς τοῦ ἔχοντος αὐτὸν (sc. γόον) διανοίας. schol. B. διάνοια autem est interpretamentum vocis φρήν. cf. Hesych. s. v. δάκω φρένα. λυπήσω τὴν διάνοιαν. cf. supra v. 873. — ἃ pronomen quod iam sequitur aperte spectat ad φρενὸς 'qui animus meus tabescit κλαομένας (sic Porsonus, κλαιομένας M.) μου me illacrimante'. Verbum autem κλάεσθαι hic cum genitivo coniunctum est, τοῖνδε δυοῖν (δοιοῖν M. δυοῖν libri plerique) ἀνάκτοιν ut aliquoties ἄγασθαι, ἀλγεῖν, στένειν, δακρύειν, alia ita construuntur. — κλαιούσης τοὺς δύο βασιλεῖς schol. M. 'horum duorum gratia' Caselius et ita Butlerus, qui ἕνεκα subaudiri vult. Matth. Gr. § 368. — μινύθει· ἐλαττοῦται. μειοῦται Hesych. cf. Hom. Od. 4, 374 μινύθει δέ τοι ἦτορ ἑταίρων 467 μινύθει δέ μοι ἔνδοθεν ἦτορ. — v. 921 — v. 926. B. Licet autem adversus hos miseros dicere A. quod multa intulerint mala cum civibus B. tum adversariorum omnium ordinibus A. magnam partem in proelio occisis. v. 921 addita est in M. hemichorii nota *HMIX*. πάρεστιν δ' M. πάρεστιν εἰπεῖν in lemm. scholii et ita Weilius. πάρεστι δ' Westphalus. — εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν contra infelices dicere. cf. Sept. v. 483 ὡς δ' ὑπέραυχα βάζουσιν ἐπὶ πτόλει. — v. 924 πολίταισ M. πολίτας Cantabr. 2 et sic Brunckius ex coniectura. 'ῥέζειν cum duobus accusativis construi solet et sequitur στίχας'. Afferre poterat Pers. v. 236 καὶ στρατὸς τοιοῦτος ἔρξας πολλὰ δὴ Μήδους

κακά. — Sed reperitur *ῥέζειν* etiam cum dativo personae constructum in Eurip. Med. v. 1292 *ὅσα βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά* et cum dativo et cum accusativo coniunctum est *ποιεῖν* a Xenoph. in Anab. V, 8, 24 *τούτῳ τἀναντία ποιήσετε ἢ τοὺς κύνας ποιοῦσι.* Quare dubium esse non potest, quin in M. *πολίταις* recte scriptum sit. — v. 925 *ξένων τε* M. *δὲ* Par. B quod recepit Brunckius, cum *μὲν* praegrederetur. Sed transit oratio a disiunctione ad coniunctionem. cf. Herm. ad nostrum locum et ad Vig. p. 841. *ξένοι* sunt hostes Argivi qui contra Thebanos profecti erant. — *ξένων τ' ἐς* G. Vit. Quamquam *ἔρδειν τι εἴς τινα* dici potest (cf. Matth. Gr. § 415 not. 2) tamen hoc loco praepositionem ex interpretamento grammatici alicuius ortam esse apparet. — v. 926 *πολυφθόρους* licet ad *στίχας* rettulerit schol. M. '*μετὰ φθορᾶς ἐλθούσας*', tamen neque structura neque notione vocis impedimur quominus per anacoluthiam istum accusativum cum *πολίταις* coniunctum esse contendamus. cf. Aesch. Prom. 144 *φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις ὁμίχλη προσῇξε πλήρης δακρύων, σὸν δέμας εἰσιδοῦσαν* — Cho. 405 *πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ οἰκτρὸν τόνδε κλύουσαν οἶκτον.* — Soph. Electr. 479 *ὕπεστί μοι θάρσος ἀδυπνόων κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων.* — Trach. 477 *ἡ πολύφθορος Οἰχαλία* — Electr. 10 *πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε* — *ἐν δαΐ* — Homerica voce usus est poeta. cf. Il. 13, 256 *ἀρᾶται δὲ τάχιστα μιγήμεναι ἐν δαΐ λυγρῇ.* 14, 387 *ἐν δαΐ λευγαλέῃ.* 24, 739 *ἐν δαΐ λυγρῇ.* — v. 927 — v. 933 Infelix est quae eos peperit mater prae omnibus mulieribus quae partus enixae sunt: nam suum ipsius filium cum maritum sibi adiunxisset hosce peperit. Ii autem consanguineis manibus mutua caede facta vitam amiserunt. — v. 927 *δυσδαίμων σφιν ἡ τεκοῦσα* M. cum lineola praefixa. *ἰὼ δυσαίων* Dindorfius. *δυσδαίμονάς σφ' ἁ τεκοῦσα* Hermannus. Scholiastes cod. M., qui *δυσδαίμων: ὅτι ὃν ἔτεκεν ἄνδρα ἔσχεν* interpretatur, videtur *δυσάνωρ* legisse. cf. Suppl. 1064 *γάμον δυσάνορα.* — *ἁ τεκοῦσα μάτηρ* = Iocasta. — *προπασᾶν* pr. *προπασῶν* sec. M. *πρὸ πασᾶν* Dind. i. e. infelicior quam omnes mulieres. cf. Matth. Gr. § 575. — v. 930 *κέκληνται*, et nominantur et sunt. cf. Pers. 2 *τάδε — πιστὰ καλεῖται.* 242 *οὔτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς οὐδ' ὑπήκοοι.* — v. 931 *παῖδα τὸν αὐτᾶς* — Oedipum. *αὐτᾶσ* M. spiritu eraso. — *αὐτᾶι* M. — *τούσδ' ἔτεχ'* — Eteoclem et Polynicem. — v. 934 *ἐτελεύτᾱσαν ὑπ' ἀλλᾱφόνοισ* M.

στρ. δ'.

ΗΜ. Α. ὁμόσποροι δῆτα καὶ πανώλεθροι
διατομαῖς ἀφίλαις,
ἔριδι μαινομένᾳ,
νείκεος ἐν τελευτᾷ.
ΗΜ. Β. πέπαυται δ' ἔχθος, ἐν δὲ γαίᾳ
ζόα φονορύτῳ
μέμικται· κάρτα δ' εἴσ' ὅμαιμοι.
πικρὸς λυτὴρ νεικέων
ὁ πόντιος ξεῖνος ἐκ πυρὸς συθεὶς
θηκτὸς σίδαρος· πικρὸς δὲ χρημάτων

ἀντιστρ. δ'.

ΗΜ. Α. ἔχουσι μοῖραν λαχόντες, ὦ μέλεοι,
διοδότων ἀχέων·
ὑπὸ δὲ σώματι γᾶς
πλοῦτος ἄβυσσος ἔσται.
ΗΜ. Β. ἰὼ πολλοῖς ἐπανθίσαντες
πόνοισι γενεάν·
τελευτᾷ δ' αἵδ' ἐπηλάλαξαν
Ἀραὶ τὸν ὀξὺν νόμον,
τετραμμένου παντρόπῳ φυγᾷ γένους.
ἕστακε δ' Ἄτας τροπαῖον ἐν πύλαις,

κακὸς δατητὰς Ἄρης
ἀρὰν πατρῴαν τιθεὶς ἀλαθῆ.

ἐν αἷς ἐθείνοντο, καὶ
δυοῖν κρατήσας ἔληξε δαίμων.

Quartam syzygiam inter hemichoria distribuendam esse inde elucet quod sororum planctus haud dubie a v. 961 initium capit. Quod ita esse ex natura ac condicione earum stropharum dilucide apparet. Latiorem autem ambitum haec hemichoriorum cantica habent cum iis chori lamentationes ad finem perducantur. Perperam hac de re iudicavit Weilius. cf. Westph. Proleg. p. 145. — v. 934 — v. 938 Et fratres profecto sunt germani et invicem se perdiderunt transactione non amica, discordia furibunda, rixarum exitu. v. 934 Ismenae nota ἰσμ praefixa est addita lineola —. πανώλεθροι M. et schol. M. ὁμόσποροι δῆτα καὶ πανώλεθροι: ἀδελφοὶ καὶ πανώλεθροι γεγόνασιν, ἀλλήλους διατεμόντες ἐν μαινομένῃ ἔριδι πρὸς τῷ τέλει τῆς φιλονεικίας. (ὁμόσποροι· ἀδελφοί Hesych.) — συνώλεθροι praeter rem Weilius. — v. 935 διατομαῖς οὐ φίλαισ M. διανομαῖς Weilius. διαρταμαῖς E. A. Ahrensius. Sed διατομαῖς agnoscitur ab scholiasta. ἀφίλοις H. Vossius aliique versus antistrophici causa. ἀφίλαις codicis vestigia secutus Oberd. cf. praeter ea exempla quae Krügerus in Gramm. Graec. dial. § 22, 3, 1, 2 collegit, Aesch. Eum. 789 δυσοίστα (δύσοιστα M. δυσοίστα Müllerus), ibid. 1037 περίσεπται Cho. 70 παναρκέτας ibid. 100 μεταίτιαι ibid. 619 ἀθανάτας Agam. 1116 ξυναιτία Pers. 596 περικλύστα Sept. 109 εὐφιλήταν Eurip. Iph. A. 121 ἀκλύσταν Arist. Pac. 978 πολυτιμήτη Hesiod. Theog. 912 πολυφόρβης. — v. 937 νείκεος ἐν τελευτᾷ — praepositio dativo instrumentali adiuncta est. cf. Pers. 251 ὡς ἐν μιᾷ πληγῇ κατέφθαρται πολὺς ὄλβος. Suppl. 935 τὸ νεῖκος δ' οὐκ ἐν ἀργύρου λαβῇ ἔλυσεν. Prom. 425 μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις δαμέντ' — Τιτᾶνα εἰσιδόμαν. Sept. 25 ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσίν. — τελευτή, exitus. cf. Agam. 745 ἐπέκρανεν δὲ γάμου πικρὰς τελευτάς Suppl. 1050 μετὰ πολλῶν δὲ γάμων ἅδε τελευτὰ προτερᾶν πέλοι γυναικῶν. Exitus autem rixarum est ipsa caedes qua fratres perierunt. Voce νείκεος alludere poetam ad Polynicis nomen Schützius vidit. — v. 938 — v. 947 Iam vero depositae sunt inimicitiae, in terra autem sanguine (fratrum) conspersa vita eorum commixta est. Profecto sunt consanguinei. Acerbus autem rixarum arbiter est transmarinus advena ex igne profectus, acutum ferrum. Acerbus vero malusque bonorum partitor est Mars qui patris diras ad effectum adduxit. — v. 939 ζοά' φονορρύτω M. ζόα Blomfieldus, Dindorfius, quam vocem hic metaphorice pro αἷμα adhibitum esse vidit Schützius. φονορύτῳ Blomfieldus. cf. Soph. Antig. 950 χρυσορύτους metro flagitante Triclinius. χρυσορρύτουσ M. Ai. 134 ἀμφιρύτου Eurip. Bacch. 154 χρυσορόου Aesch. Prom. 433 ἁγνορύτων. — ἐν δὲ γαίᾳ ζόα: ἡ ζωὴ αὐτῶν κέχυται ἐν τῇ φονορρύτῳ γῇ schol., in quo scholio κέχυται est interpretamentum verbi μέμικται. Errant igitur qui putant inde χύδην enucleandum esse. — ὅμαιμοι — est ambiguitas quaedam in hac voce consulto a poeta admissa; nam et fratres sunt germani et suo ipsorum sanguine conspersi. — v. 941 chori nota $\overset{o}{X}$ praefixa est in M. — ξεῖνος recte a Stanleio substantive accipitur. — v. 944 πικροῦ δὲ χρημάτων κακὸς δατητὰς Weilius. — v. 946 ἀρᾶι pr. ἀρὰν sec. M. — observa sis annominationem Ἄρης ἀράν. cf. Hom. Il. 13, 481 δείδια δ' αἰνῶς Αἰνείαν. Od. 18, 72 Ἶρος ἄϊρος 8, 493 Ἐπειὸς ἐποίησεν. Soph. Ai. 432.

Eurip. Iph. A. 297 βαρβάρους βαρίδας Troad. 990 Ἀφροδίτη — ἀφροσύνης. — πατρὸσ M. πατρῴαν Bothius. ἀληθῆ, super prius η scripto ·α· M. — v. 947 — v. 950 Iam habent — o miseri — eam partem malorum divinitus immissorum quam sortiti sunt. Sub corporibus autem eorum immensae erunt terrae divitiae. v. 947 αὖ — i. e. Ἀντιγόνη in margine M. — λαχόντεσ μέλεοι M. λαχόντες ὦ μέλεοι libri plerique. v. 948 διοσδότων M. διοδότων Schützius. — ἀχέων M. ἀχθέων Hermannus. Quos genitivos coniungit Blomfieldus cum antecedenti adiectivo μέλεοι coll. v. 779 ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων ἐγένεθ' ὁ μέλεος ἀθλίων aliisque locis. Attamen dubium esse non potest quin pendeant genitivi a voce μοῖραν, cum ex v. 944 χρημάτων subaudiri vix possit. — v. 949 σώματι M. σώμασι Par. K. χώματι Blomfieldus. Sed nihil mutandum est, cum singularis pro plurali positus sit, ut saepe; (cf. Sept. 885 ἀμφὶ κρατὶ Pers. 371 κρατὸς 456 δέμας Matth. Gr. § 293) 'sub fratrum corporibus'. — γᾶς πλοῦτος ἄβυσσος — qui de terrae Thebanae dominatione dimicaverunt fratres, iam largum terrae spatium possident, cum terra sepulti iaceant. Ironiam quae his in verbis inest Schützius bene intellexit. — ἄβυσσος i. e. fundo carens ideoque immensus, ut recte interpretatur Dindorfius. — v. 951 — v. 960. Vae, qui multis laboribus domum redimierunt! Postremo vero haece Dirae clarisonum clamorem ediderunt, gente funditus deleta. Stat autem ad portas, ubi occisi sunt, tropaeum quod Ate erexit et postquam duos fratres devicit, desiit furere daemon. — v. 951 ἰσμ̈ (H) in margine. ἐπανθήσαντεσ M. ἐπανθίσαντες Bothius. Metaphorice hoc verbo usus est poeta = 'impleverunt domum malis'. Sic forma media adhibita est Ag. v. 1459, quem locum corruptum ita restitui (Comm. Aesch. spec. pag. 10): 'ἃ πολύμναστον ἐπηνθίσω αἷμα — πῖπτον τοῖσδε τότ' ἐν δόμοισιν, — ἔρις, δύσδματος ἀνδρὸς οἰζύς. — v. 952 post γενεὰν addita sunt in M. πόνοισί γε δόμουσ (super ου scripto. οι a m. sec.), quae delevit Hermannus. — v. 953 αἶδ' pr. αἵδ' sec. M. — ἐπηλάλαξαν — metaphora a militibus sumpta est, qui aut ubi hostes aggredi volunt aut hostibus in fugam conversis clamorem tollere solent. cf. Pers. 388 πρῶτον μὲν ἠχῇ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα μολπηδὸν εὐφήμησεν, ὄρθιον δ' ἅμα ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας ἠχώ. — 'Zuerst erscholl nun von den Hellenen her ein Ruf mit hellem Ton nach Gesangesweise und von dem Felseneiland hallte laut wieder das Echo.' Quem locum misere dilaceraverunt interpretes. — v. 955 παντρόπω pr. M., addito ι a m. sec. — v. 956 ἕστακεν pr. add. δ' a m. rec. M. — τρόπαῖον M. duplici accentu; sed τροπαῖον veteres scripserunt Attici, τρόπαιον recentiores. cf. gramm. testimon. coll. a Dindorfio in thes. 7 p. 2496. — v. 960 ἔληξε post partic. aor. cf. Soph. Ai. 294 κἀγὼ μαθοῦσ' ἔληξ' Trach. 1120 εἰπὼν ὃ χρῄζεις λῆξον.

στρ. ε΄.

ΙΣ. σὺ παισθεὶς ἔπαισας· ΑΝ. σὺ δ' ἔθανες κατακτάς.
ΙΣ. δορὶ δ' ἔκανες· ΑΝ. δορὶ δ' ἔθανες.
ΙΣ. μελεοπόνος· ΑΝ. μελεοπαθής.
ΙΣ. ἰὼ γόος· ΑΝ. ἰὼ δάκρυ·
ΧΟ. δώμασι καὶ χθονί· ΙΣ. πρὸ πάντων γ' ἐμοί· ΑΝ. καὶ τὸ πρόσω γ' ἐμοί.

ἀντιστρ. ε΄.

ΙΣ. πρόκεισαι κατακτας· ΑΝ. . . . . . .
. . . .
ΙΣ. ὀλοὰ λέγειν· ΑΝ. ὀλοὰ δ' ὁρᾶν.
ΙΣ. ἰὼ πόνος· ΑΝ. ἰὼ κακά.
ΧΟ. δώμασι καὶ χθονί· ΙΣ. πρὸ πάντων γ' ἐμοί· ΑΝ. καὶ τὸ πρόσω γ' ἐμοί.

Sequitur altera planctus pars, quam inter duas sorores et chorum recte distribuit Westphalus proleg. pag. 137.' Idem quintam syzygiam ex librorum vestigiis sagacissime restituit. Polynicem deplorat Ismena, Antigona Eteoclem. v. 961 — v. 965. I. Tu quidem percussus percussisti. A. Tu vero postquam (fratrem) interfecisti ipse mortem occubuisti. I. hasta quidem sustulisti. A. et hasta periisti. I. misera perpetrasti. A. misera passus es. I. vae gemitus. A. vae lacrimae. Ch. domibus et terrae. I. prae omnibus autem mihi. A. et porro quidem mihi. — v. 961 *σὺ* quod deest in libris inseruit Westphalus. *παισθεισ* M. *πληγεὶς* Nauckius. *κατακτανών* M. *κατακτάς* Lachmannus. v. 962 *ἔκτανεσ* M. *ἔκανες* Hermannus. v. 963 *μελεόπονοσ* M. *μελεοπόνος* Schneiderus. Weilius. *μελεοποιός* Heimsoethius. v. 964 *ἰτὼ γόοσ* — *ἴτω δάκρυα* M. *δάκρυ* Lachmannus. *ἰὼ* — *ἰὼ* Westphalus. Post hunc versum sequuntur in M. verba *προ. κείσεται κατακτάσ· ἠέ ἠέ*, quae in antistrophum transtulit Westphalus omissis interiectionibus *ἠέ ἠέ*. — versum 965. ex antistropho repetivit Westphalus. Post *δώμασιν* in M. lineola ducta est. v. 966 — v. 970 I. prostratus iaces postquam fratrem interfecisti. . . I. miserabilia licet dicere. A. miserabilia autem conspicere. I. vae labor. A. vae mala. v. 966 *προ. κείσεται* M. *πρόκεισαι* Hermannus. Tum lacunam indicavit Westphalus. v. 967 — v. 970. Hos versus, qui in M. post v. 993 (ed. Dind.) scripti sunt, hic reposuit Westphalus. Cuius transpositionis vestigia in scholiis servata sunt. Errore enim librarii versus *ὀλοὰ λέγειν· ὀλοὰ δ' ὁρᾶν* cum scholio *οὐ μόνον ταῦτα λέγειν ὀλοὰ ἀλλὰ καὶ ὁρᾶσθαι· κεῖται γὰρ τὰ σώματα* post v. 993 repetitus est. Inde autem quod in scholio dicitur *κεῖται τὰ σώματα* manifestum est, in libris scholiastae versum *ὀλοὰ λέγειν· ὀλοὰ δ' ὁρᾶν* ibi scriptum fuisse ubi Westphalus eum posuit; nam illic commemorantur fratrum corpora humi prostrata (*πρόκεισαι κατακτάς*). — *ὀλοὰ* autem hic passive exhibetur = *λυγρὰ* tristia, miserabilia sc. occisorum fratrum corpora. cf. Pers. 962 *ὀλοοὺς ἀπέλειπον*.

στρ. ζ'.

ΙΣ. ἐὴ, ἐὴ μαίνεται γόοισι φρήν.
ΑΝ. ἐντὸς δὲ καρδία στένει·
ΙΣ. ἰὼ, ἰὼ πάνδυρτε σύ·
ΑΝ. σὺ δ' αὖτε καὶ πανάθλιε·
ΙΣ. πρὸς φίλου ἔφθισο· ΑΝ. καὶ φίλον ἔκτανες.
ΙΣ. διπλᾶ λέγειν· ΑΝ. διπλᾶ δ' ὁρᾶν.
ΙΣ. ἄχεα τῶνδε τάδ' ἐγγύθεν.
ΑΝ. πέλας ἴδ' ἀδέλφ' ἀδελφεῶν.
ΧΟ. ἰὼ
Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ πότνιά τ' Οἰδίπου σκιά·
μέλαιν' Ἐρινὺς ἦ μεγασθενής τις εἶ.

ἀντιστρ. ζ'.

ΙΣ. ἐὴ, ἐὴ δυσθέατα πήματα
ΑΝ. ἐδέξατ' ἐκπεφυγμένος·
ΙΣ. οὐδ' ἵκεθ' ὡς κατέκτανεν·
ΑΝ. σωθεὶς δὲ πνεῦμ' ἀπώλεσεν·
ΙΣ. ὤλεσε δῆτα, ναί· ΑΝ. τόνδε δ' ἐνόσφισεν.
ΙΣ. τάλαν μένος· ΑΝ. τάλαν πάθος·
ΙΣ. δύστονα κήδε' ὁμώνυμα·
ΑΝ. δίυγρα τριπάλτων πημάτων.
ΧΟ. ἰὼ
Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ πότνιά τ' Οἰδίπου σκιά·
μέλαιν' Ἐρινὺς ἦ μεγασθενής τις εἶ.

v. 966 — v. 973. I. Vae, vae insanit mens gemitu. A. intus autem ingemiscit cor. I.

vae, vae omnibus tu flebilis (sc. occidisti)! A. Tu vero, omnium miserrime. I. ab amico interfectus es. A. et amicum interfecisti. I. duplicem licet calamitatem commemorare. A. duplicem videre. I. nostri dolores hisce propinqui sunt. A. Ecce fraterna mala vicina sororibus. v. 966 ἠέ ἠέ M. v. 967 ἰσῴ praefixum. Ubique personarum vices quae in M. lineolis distinctae sunt recte indicavit Westphalus. v. 968 πανδάκρυτε M. δακρυτὲ Hermannus. πάνδυρτε Ritschelius i. e. deplorande lacrimis. cf. Hor. od. I. 24, 9 multis ille bonis flebilis occidit. v. 970 φίλου γ' M. particulam γ' delevit Blomfieldus. v. 972 ἀ . . χέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν M. ἄχεα δοιὰ τάδ' ἐγγύθεν Herm. ἄχεα τῶνδε Oberd. ἄχεα — τάδ' = δεικτικῶς, nostri dolores. v. 973 πέλασ δ' αἴδ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν M. πέλας ἀδελφὰ δ' ἀδελφεῶν Hermannus. Sed quod in libris est αἴδ' videtur ex ἴδ' corruptum esse. Itaque legendum esse puto πέλας ἴδ' ἀδέλφ' ἀδελφεῶν. Inde autem quod in libris ἴδ' depravatum fuit in αἴδ' vel ἀΐδ' alterum mendum ἀδελφαὶ ortum est. Soph. Antig. v. 192 'καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω ἀστοῖσι' iam Hermannus citavit. πέλας δ' ἀδέλφ' ἀδελφεῶν Weilius. Heimsoethius. — ἀδελφὰ sc. ἄχεα sunt fratrum mala; ἀδελφὸς autem adiective dictum ut supra v. 811 οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν. — ἀδελφεῶν est genitivus plur., qui pendet a πέλας. cf. Prom. 422 Καυκάσου πέλας Pers. 684 τάφου πέλας Ag. 210 βωμοῦ πέλας et saepius apud poetas tragicos. Formam ionicam ἀδελφεὴ admisit poeta ut Pindarus Nem. 7, 4 τὰν ἀδελφεὰν. Soph. O. R. 160 γαιάοχόν τ' ἀδελφεὰν Ἄρτεμιν. O. C. 536 κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί. — v. 974 — v. 976 Ch. Eheu, Moera gravia mala praebens et venerabilis Oedipodis umbra! Atra Furia, profecto quidem tu es potentissima. — Hos versus qui ab editoribus attributi erant sororibus choro dedit Dindorfius. πότνιά τ' Οἰδίπου σκιά· M. Vocem σκιὰ delevit Weilius; sed σκιὰν esse Oedipodis umbram (coll. Eur. H. f. 494 et Soph. Ai. 1257) quae Eteocli in somniis apparuerit Hermannus recte docuit. Neque est cur in structura haereamus. v. 976 μέλαινά τ' hic et in antistr. M. μέλαιν' Porsonus metrorum causa. — v. 978 — v. 979. I. Vae, vae mala tristia aspectu — A. suscepit postquam iam incolumis evasit. — v. 978 ἠὲ ἠὲ M. ἐὴ ἐὴ Dindorfius. Sororum vices recte indicavit Westphalus. δυσθέατα πήματα ἐδείξατ' ἐκ φυγᾶσ ἐμοί M. In reliquis libris varia traduntur quae ab Hermanno collecta sunt. ἐδείξατ' ἐκ φυγᾶς omisso ἐμοί Robortellus. ἔδειξε δ' ἐκ φυγᾶς ἐμοὶ Hermannus. Sed latere ἐδέξατ' in ἐδείξατ' vidit Weilius, qui addito τόνδ' scripsit τόνδ' ἐδέξατ' ἐκ φυγᾶς. — ἐδέξατ' ἐκ φυγᾶς μολὼν Heimsoethius. Neque tamen video cur Weilius respuerit coniecturam ἐδέξατ' ἐκπεφυγμένος, quam et ipse protulit et ego iam pridem in margine libri mei adscripseram, cum verbum δέχεσθαι significet accipere quod alter dat. Recte autem Polynices dicitur mala post fugam accepisse ab Eteocle illata. cf. Il. 18, 115 κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι ὁππότε κεν δὴ Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι ἠδ' ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι. Od. 20, 271 καὶ χαλεπόν περ ἐόντα δεχώμεθα μῦθον, Ἀχαιοί, Τηλεμάχου. — v. 980 — v. 985. I. Non rediit ex exsilio (sc. Polynices), quamquam adversarium occidit. A. postquam autem iam salvus evasit animum perdidit. I. sane quidem occidit. A. istum autem vita privavit. I. miser furor. A. miserum malum. I. deplorabiles curae ex fratrum caedibus exortae. — v. 982 — ἀπώλεσεν δῆτα· — καὶ τόνδ' ἐνόσφισεν· M. ὤλεσε δὲ τόδε — καὶ τόδ' ἐνόσφισε Wellauerus. ὤλεσε δῆτα, ναί· τόνδε δ' ἐνόσφισεν Hermannus. δῆτ'

ἄγαν Weilius. Neque vero est cur illud *ναί* ab Hermanno sagacissime restitutum displiceat, cum affirmativa quae hic requiritur in ea particula insit vis. v. 983 — *τάλαν γένοσ·* — *τάλανα καὶ παθόν·* M. *μένος* Weilius. *τάλανα παθόν* Par. A. *τάλαν καὶ πάθος* G. *τάλαν πάθος* Schützius. v. 984 *δύστονα* M. *δίστονα* Schützius. *δίπονα* Hermannus. Tum pro *ὁμώνυμα* male *ὁμαίμονα* Weilius. *ὁμώνυμα* enim, i. e. idem nomen habentes, dicuntur curae quia ex fratrum caedibus ortae sunt. v. 985 *δίυγρα τριπάλτων πημάτων* M. et schol. '*δίυγρα: ζῶντα πήματα χεόμενα καὶ πολλά. τριπάλτων δὲ πημάτων, σφοδρῶς πηδησάντων.* Varia in hoc loco tractando conati sunt interpretes: *δίυγρα πήματα παλμάτων* Hermannus, *λυγρὰ διτλάμονα πήματα* Weilius, *διερὰ πάλματα πημάτων* Heimsoethius. Sed nihil mutandum est. Subiectum enim est *κήδεα*; genitivus qui sequitur *τριπάλτων πημάτων* est causalis. Sunt igitur madidae curae i. e. aegritudines quae lacrimas movent, ex ter vibratis i. e. vehementissimis calamitatibus ortae. — Quae tum in libris leguntur — *ὀλοὰ λέγειν·* — *ὀλοὰ δ' ὁρᾶν·* ex v. 944 huc illata iure delevit Triclinius. Perperam Hermannus in stropha intercidisse putat eundem versum neque probandus est Weilius qui post v. 970 lacunam statuit et quae ibi legebantur *διπλᾶ λέγειν* — *διπλᾶ δ' ὁρᾶν* post v. 972 collocavit mutata voce *διπλᾶ* in *δίδυμα.* v. 986 *ἰὼ* omissum in M. *τὸ ἐφύμνιον. ταῦτα δὲ λέγει ὡς βαρέως φέρων* schol. Ex participio autem quo usus est scholiastes intellegitur eum ephymnia a choro cantata voluisse.

Ἐπῳδός.

ΙΣ. σύ τοί νιν οἶσθα διαπερῶν,
ΑΝ. σὺ δ' οὐδὲν ὕστερος μαθών,
ΙΣ. ἐπεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν,
ΑΝ. δορός γε τῶδ' ἀντηρέτας.
ΙΣ. ἰώ, ἰὼ δυσπότμων κακῶν ἄναξ·
ΑΝ. ἰώ, ἰὼ πημάτων ἀρχαγέτα·
ΙΣ. ἰὼ πάντων πολυστονώτατοι·
ΑΝ. ἰώ, ἰὼ δαιμονῶντες ἄτᾳ·
ΧΟ. ἰώ, ἰὼ ποῦ σφε θήσομεν χθονός;
ἰὼ ποῦ τιμιώτατον μέρος;
ἰώ, ἰὼ σῆμα πατρὶ πάρευνον.

v. 990 — v. 993. I. Tu quidem eam cognovisti bene expertus, A. tu vero nihilo serius edoctus, I. cum rediisses hanc in urbem. A. cum in pugna huic adversarius exstitisses. v. 990 *σὺ τοίνυν* M. *γρ. νίν* adscriptum in Par. B. *τοί νιν* Hermannus correxit id quod etiam scholiastae legerunt. — Verbum *διαπερῶν* interpretatus est Stanleius 'traiiciens ex Peloponneso ad nos' et ita Schützius id intellegi vult de Polynicis expeditione contra Thebanos facta. Sed cum molesta inde nascatur tautologia scholiastesque habeat *διαβὰς αὐτήν*, *διαπερᾶν* hic significare 'potentiam Parcae experiri' manifestum est. Similiter *διαπερᾶν βίον* legitur Eur. H. f. 504. v. 991 *ὕστεροσ* M. *ὕστερον* Lips. Turn. v. 992 *κατέρχεσθαι*, ab exsilio redire. cf. Ag. 1647 Cho. 3 Eum. 462 Soph. Ant. 200 ὃς — *φυγὰς κατελθών.* v. 993 *ἀντηρέτασ*, super *α* scripto Η M. *ἀντηρέτην*

vocem hoc loco dupliciter constructam esse patet et cum genitivo et cum dativo. Nam et ἀντηρέτην εἶναι δορὸς dici potest et ἀντηρέτην εἶναι τῷδε. v. 944 — ἰὼ ἰὼ δυστάνων κακῶν ἄναξ M. δυστόνων Lips. Turn. δυσπότμων G. et nonnulli alii libri. Pro κακῶν legitur in Lips. Cantabr. 2 Par. C. Vind. 2, 3, 4 πημάτων id quod adscriptum est in Par. B. Tum in libris verba ἐτεόκλεις ἀρχηγέτα sequuntur, quae in M. omissa sunt, sed in margine a correctore litteris capitalibus adscripta. Neque vero est dubium, cum Ismena haec de Polynice dixerit: 'Eheu, eheu, deplorabilium aerumnarum domine', quin Eteoclem similiter allocuta sit Antigona. Ex Ismenae autem verbis apparet Antigonam Eteoclis nomen non adhibuisse. Immo vero id interpretandi causa ab scholiasta additum esse nemo non videt. Itaque supplevi ἰὼ ἰὼ et ex Par. B. aliisque libris πημάτων huc rettuli quod errore librarii in antecedentem versum illatum erat. — ἀρχηγέτα M. ἀρχαγέτα Vind. 1. — v. 996 ἰὼ πάντων πολυπονώτατοι M. πολυστονώτατοι πάντων Robort. πάντων πολυστονώτατοι Vict. v. 997 ἐν ἄται M. ἐν om. in G. aliisque libris. — Tres ultimos versus choro adscribendos esse iam ex numero commutato elucet. Quod recte explicavit Westphalus, quamquam in singulis minus probandus est. v. 998 ποῦ — χθονός cf. Pers. 231 ποῦ τὰς Ἀθήνας φασὶν ἱδρῦσθαι χθονός. Matth. Gr. § 324 — θήσομεν, sepeliemus; θήκη, sepulcrum. cf. Pers. 405 Ag. 453 Suppl. 26. — v. 999 ἰὼ ὅπου τιμιώτατον M. ἰὼ ποῦ τιμιώτατον μέρος; Oberd. — Chorum enim id interrogasse patet. ὅπου videtur ex scholio in textum irrepsisse. Tum μέρος addendum esse ex scholio haud dubie detruncato apparet: ὅπου τιμιώτατον μέρος, (θάψομεν αὐτούς. add.). — v. 1000 ἰὼ ἰὼ πῆμα πατρὶ πάρευνον M. σῆμα sagacissime Westphalus. Haec enim chorus dicit: Eheu, eheu, ubi eos sepeliemus? Eheu, ubi erit locus honorificentissimus? Eheu, eheu tumulus patris sepulcro vicinus. — Quo planctu tragoediam ad exitum esse adductam primus docuit Westphalus per occasionem exercitationum criticarum quas in societate philologica per hiemem a. 1858 Vratislaviae instituit. Quam sententiam licet in Prolegomenis non protulerit, tamen dubium esse non potest quin tum temporis de hac re recte iudicaverit vir doctissimus. Nam ut omittam etiam Persarum exodium, quam fabulam paullo ante actam esse constat, similiter conformatum esse, neque Aeschylum quo tempore hanc tragoediam scripsit tertium actorem in scaenas admittere potuisse patet neque eum tales res enarrare voluisse unde novae rixae novaque bella oritura essent. Quae in programmate Gymnasii Glaciensis a. 1870 quod de stasimo secundo huius tragoediae conscripsi p. 4 fusius elocutus sum. Itaque si in exodio tragoediae quale in libris memoriae mandatum est praeco inducitur a senatu Thebanorum missus qui Eteoclem honeste efferri iubet Polynicem vero insepultum iacere cum patriae bellum intulerit, quin haec post illud tempus quo Sophocles Antigonam dedit scripta sint quis est qui dubitare possit, praesertim cum viderit etiam apud Aeschylum Antigonam senatus iussis pertinaciter resistere seque vel invitis urbis dominis fratrem sepulcro condituram esse aperte denuntiare.

Scribebam **Arnesbergae** mense Februario 1877.

Johannes Oberdick.

Schulnachrichten.

Lehrverfassung im Schuljahre 1876—1877.

I. Ober- und Unter-Prima.

Ordinarius: Professor Dr. Laymann.

Religionslehre. a. Für die katholischen Schüler: Lehre von der christlichen Offenbarung und allgemeine Sittenlehre. Repetitionen aus der besonderen Glaubenslehre und der Kirchengeschichte. Lateinische Psalmen. Schriftliche Probearbeiten. 2 St. Oberlehrer Dr. Hake. — b. Für die evangelischen Schüler: Glaubenslehre nach dem Hülfsbuche von Hollenberg und nach demselben Lehrbuche die mittlere u. neuere Kirchengeschichte und die h. Geschichte des N. Testaments. 2 St. Pastor Klöne. **Deutsch.** 3 St. Ia. Litteraturgeschichte von der ersten Blütheperiode bis zur zweiten unter fortlaufender Mittheilung von Proben und sprachlichen Erörterungen. Repetitionen aus der Rhetorik. Dispositionsübungen. Lectüre von Schiller's Wallenstein. Im W.-S. die Hauptlehren der Psychologie. Correctur der schriftlichen Arbeiten. Gymnasiallehrer Dr. Ruhe. — Ib. Litteraturgeschichte von den ältesten Zeiten bis Opitz. Lectüre und Erklärung von Proben aus dem Nibelungenliede, aus der Gudrun und aus Walther von der Vogelweide. Dispositionslehre und Erörterungen aus der Rhetorik und Poetik. Uebungen im freien Vortrag. Die Hauptlehren der Psychologie. Correctur der schriftlichen Arbeiten. Der Director.*) — **Latein.** Ia. Cic. de off. II, III, Liv. V. Grammatik und Synonymik. Correctur der Aufsätze, Exercitien und Compositionen. 6 St. Oberlehrer Dr. Schürmann. — Ib. Cic. oratt. pr. Rosc. Am., pr. Lig. und pr. leg. Man. Liv. XXI, c. 1—39 und XXII, c. 1—40. Correctur der Aufsätze, Exercitien und Compositionen. 6 St. Prof.

*) Im S.-S. leitete den Unterricht im Deutschen in Ib., im Horaz und im griechischen Dichter in I. Director Dr. Hoegg, im W.-S. der unterzeichnete Berichterstatter. Die philosophische Propädeutik war im S.-S. für beide Abtheilungen der Prima combinirt, im W.-S. getrennt.

Dr. Laymann. — In Ia. und Ib. comb. Horat. Od. II und III. Erklärung der horaz. Metra. Verschiedene Oden wurden memorirt. 2 St. Der Director. — **Griechisch.** Ia. und Ib. Plat. Crit. und Menex. Thucyd. I c. 32—80. Die wichtigsten Regeln der Syntax. Correctur der Extemporalien. 4 St. Prof. Dr. Laymann. — Hom. Il. XII, XIII, XIV stat. I und XIV priv. Aeschyli Persae. 2 St. Der Director. — **Hebräisch.** Ia. und Ib. 1 Sam. 17, 19, 20, 24. — 1 Reg. 3, 5, 10, 21 und Psalmen nach dem Lesebuche von Gesenius, Formenlehre und das Wichtigste aus der Syntax nach Rödiger. Correctur von Exercitien. 2 St. O.-L. Dr. Hake. **Französisch.** Ia. und Ib. Thiers, Bonaparte en Egypte et en Syrie und Molière, Le Misanthrope. Correctur der schriftlichen Arbeiten. 2 St. Gymnasiallehrer Dr. Brieden. **Geschichte** und **Geographie**. Ia. und Ib. Im S.-S. Geschichte des 18. Jahrh. bis zur französischen Revolution. Im W.-S. Aeltere deutsche Geschichte bis zu den sächsischen Kaisern. Repetitionen aus dem Gesammtgebiete der Geschichte. — Geographie von Europa nach Seydlitz. 3 St. G.-L. Dr. Ruhe. — **Mathematik.** Ia. und Ib. Wiederholungen aus dem arithmetischen und planimetrischen Pensum. Der binomische Lehrsatz. Die Apollonischen Berührungskreise. Trigonometrie und Stereometrie mit vielfachen Anwendungen. 4 St. Prof. Dr. Féaux. — **Physik.** Ia. und Ib. Atomistik. Gravitation. Centralbewegungen. Zusammenhang der mechanischen und molecularen Bewegungen. Prinzip der Erhaltung der Kraft. Die wichtigsten Erscheinungen und Gesetze der Flüssigkeiten und der Gase. Die Lehre vom Schall. 2 St. Prof. Dr. Féaux.

II. Ober- und Unter-Secunda.

Ordinarius: Oberlehrer Dr. Schürmann.

